**LATINO**

1. **Compiti obbligatori per tutti:**

- Ripasso meticoloso delle Unità 30,31 e 32 (verbi semideponenti; pronomi indefiniti).
    - Svolgere le seguenti **versioni** (Laboratorio 2): n° 19, pag.9; n°16, pag.22; n°16, pag.32; n° 17, pag. 33; n°18, pag 34.
    - Traduci le seguenti versioni di autore:

**Appello di Cesare all'esercito**

Exercitum cum militari more ad pugnam cohortaretur suaque in eum perpetui temporis officia praedicaret, in primis commemoravit testibus se militibus uti posse, quanto studio pacem petisset, quae per Vatinium in conloquiis, quae per A. Clodium cum Scipione egisset, quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis (= *da inviare*) legatis contendisset. Neque se umquam abuti militum sanguine neque rem publicam alterutro exercitu privare voluisse. Hac habita oratione exposcentibus militibus et studio pugnae ardentibus tuba signum dedit. [*Cesare*]

**La filosofia, madre di tutte le arti**

Mater omnium bonarum rerum est sapientia, a cuius amore Graeco verbo philosophia nomen invenit, qua nihil a dis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil praestabilius hominum vitae datum est. Haec enim una nos cum ceteras res omnes, tum, quod est difficillimum, docuit, ut nosmet ipsos nosceremus, cuius praecepti tanta vis et tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico deo tribueretur. Nam qui se ipse norit, primum aliquid se habere sentiet divinum ingeniumque in se suum sicut simulacrum aliquod dicatum putasi, tantoque munere deorum semper dignum aliquid et faciet et sentiet, et cum se ipse perspexerit totumque temptarit, intelleget quemadmodum a natura subornatus in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam sapientiam (= *per raggiungere la saggezza*), quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intellegentias animo ac mente conceperit, quibus inlustratis sapientia duce bonum virum et, ob eam ipsam causam, cernat se beatum futurum esse.
Philosophia vero quid est aliud nisi, ut Plato, donum, ut ego, inventum deorum? Haec nos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam magnitudinemque animi erudivit, eademque ab animo tamquam ab oculis caliginem dispulit, ut omnia supera infera prima ultima media videremus. [*Cicerone*]

2. **Compiti per chi ha il debito formativo (o aiuto):**

- Ripasso di tutto il programma di grammatica;
- Svolgere i compiti obbligatori per tutti (vedi punto 1);
- Svolgi tutte le versioni proposte in fotocopia dall'insegnante.

**STORIA**

- Studiare bene le pagine del manuale qui di seguito indicate, soffermandosi in particolare sui seguenti argomenti, da SCHEMATIZZARE sul quaderno:
    - Incastellamento
    - Nuove invasioni (IX-X secolo)
    - Evoluzione del sistema feudale
    - Dinastia degli Ottoni e SRI di nazione germanica.

Le pagine di riferimento sono: 227-231; 270-280.